

22. 577 (5)

B.



RECTOR
ACADEMIAE VITEMBERGENSIS
GEORGIVS
AVGVSTVS
LANGGVTH

PHILOSOPHIAE ET MEDICINAE DOCTOR
PATHOL. ET CHIRVRG. PROF. PVBL.
ORDIN. FACVLT. MED. SENIOR

INSTITVTVM

MATTHIAE AVGVSTI HASII
SS. TH. CVLTORIS

MEMORIAM LIBERALITATIS MARESCHALLIANAE
ORATIONE ANNIVERSARIA


MAIORI IN AVDITORIO

A. D. VI. CAL. MAI. A. R. S. CID IO CCEX

CELEBRATVRI

CIVIBVS

ET POSTERITATI COMMENDAT.



Praemittuntur quaedam de academiaram dignatione.

V I T E B E R G A E
PRELO EPHRAIM GOTTLOB EICHSFELDI
ACADEMIAE A TYPIS.





RECTOR

ACADEMIAE VITTIENSIENSIS

GEORGIVS

AVGVSTVS

LANGEVTH

PHILOSOPHIAE ET MEDICINAE DOCTOR
HABUIT ET CURAVIT P. M. 1711
GABRIEL FACULT. MED. SENIOR

INSTITVTVM

MATTHIAE AVGVSTI HASII

22. DE OCTOBRE

MEMORIAM ILLUSTRATIS MARSCHELLIANAE

ORATIONE ANNIVERSARIA

IN HONORE ANNO 1710

A. D. 1710. M. D. C. C. X. O. C. T. O. B. R. 22.

CELEBRATAE

CIVIBVS

ET POSTERITATI COMMENDATAE

Primum in hunc diem et hunc locum

VITTIENSI

FRIDRICH ERHART GÖTTSCHE LOWE

ACADEMIAE VITTIENSIENSIS



Quibus per instantis mortis momenta cogitationes officii subeunt, vt prodesse posteris cupiant, si praeclaris in re p. institutis partem facultatum legent; eo maior laus debetur, quo circumspectius rationes subducunt, ne pulcherrimum consilium euentus destituat. Non enim tam honestatis titulus requirendus, quam vtilitas vera patriae, aut humani etiam generis, spectanda; nec gloriae potius magnitudo mente concipienda, quam perpetuitas benefacti animo proponenda erit. Infelicis quidem destinata piorum hominum cecidisse plerumque eo aeuo nouimus, quo litterarum lux superstitionis nebulis obscurata fuit: non tamen defuere exempla, quae hodieque imitari expediat. In illis haud postremo loco numeranda est summorum imperatorum inde a Carolo M. cura, vt scholae in sacris collegiis instituerentur. Hae enim, suffocato licet verae sapientiae germine inter infelicia falsarum opinionum lolia, semina tamen quaedam melioris doctrinae, vndecunque accipra posteris seruarunt. Neque est dubium, longe plus profici litterarum in studiis potuisse, nisi conditio temporum obstitisset, quibus, ne praestigiis simulatorum religionis fides detraheretur, stupore et ruditate hominum opus erat; adeo quidem, vt eruditio reconditor interdum magicarum artium accusationem non effugeret. Ita non erit
):(2 mirum,

mirum, doctores istiusmodi in scholis, sacris praefulibus obnoxios, plura animis discipulorum inferere fuisse prohibitos, quae tam infandam suspicionum et criminum materiem, euulgata temere, praebuissent. Maior ergo diu Angliae atque Galliae, quam Germaniae fuit felicitas, in quibus olim constitutae academiae, sui post regiam potestatem iuris, neque ditioni pontificum metropolitanorum subiectae. Nam de Oxoniensi quidem antiquissima, ut multis videtur, omnium, CAMBDE-
NVS, TVINVS, et WOODVS plura fide dignissima exponunt, quibus iustum esse elogium probatur, quo auctor quidam non spernendus ipsam et Cantabrigiam praedicat, duos Angliae oculos, duo sapientiae et religionis feminina. Magna quidem utriusque, et rivalitati prope similis, aemulatio est, adeo quidem, ut scriptores domestici, interponendi iudicii invidiam veriti, pares magis, quam similes, celebrent; licet plures exterorum non tam ambiguum esse causam statuunt. Ante omnia, quibus eminent, admiratione totius generis humani digna est Oxoniensis illa opulentia et studiorum atque virtutis praemia amplissima, regum, antistitum factorum, et procerum immensa inde a nouem, parum abest, saeculis liberalitate ad hanc magnificentiam cumulata, ut LIPSIVS ingenue scripserit, de vnico ex octodecim, quae Oxonii praeter alia instituta sunt, collegiis: *Non credo*

do in orbe terrarum extra Angliam simile esse; ad-
dam aut fuisse. Magnae illis opes et vectigalia.
Et nonnullis interiectis: Verbo, vis, dicam: unum
Oxonienſe collegium, rem inquisui, ſuperat vel de-
cem noſtra. Nec de Pariſienſi illa, cuius ſane pri-
mordia ex illo coetu doctorum virorum, quem
Carolus M. coegerat, fuiſſe videntur, licet for-
ma noua ſerius acceſſerit, minora dicenda eſſent,
niſi ea commodius ex LAVNOIO, FILESACO,
BVLAEO, et CONRINGIO peterentur. Id autem
ſatis conſtat, ſummo in honore fuiſſe, ex quo
ſunt condita, haec honeſtarum artium domicilia,
non principum minus virorum, quam religionis
ſtudioſorum iudicio. Vt certe commemoranda
et ad imitationem proponenda eſt Nicolai car-
dinalis Tuſculani et Auguſtodunenſis archidiaconi
largitio, qui A. P. C. N. c15 CCCLXII. vt gra-
ti erga collegium, in quo ſacerdotio praefu-
it, animi monumentum relinqueret, non opes
ipſi ſuas, quarum abundantia in malum ſaepi-
us vertit, contulit; ſed Peruſiae duobus hoſpi-
tiis certos prouentus conſtituit, in quae ex
Aeduis duo, ſex per annos ſtudiorum cauſa pu-
blice alendi, mitterentur, qui domum reuerſi ſa-
cra minifteria e re p. obire poſtea queant. Ho-
neſtiſſimam enim rationem munificentiae reddit
a ruditate et inſcitia illorum, qui Auguſtodunen-
ſi in ſchola inſtituerentur, neque tamen eos pro-
greſſus

gressus facerent, vt sacra volumina recte interpretari atque populum ad rerum diuinarum intelligentiam erudire, vel aliis muneribus vtiliter fungi possent. Integras tabulas CHASSANAEVVS profert, lectu sane dignas, etsi superstitionis aliquae notae insint, culpa infelicis saeculi. Illud tamen iure laudi pio donatori ducitur, quod facultates suas ad cultum potius ingeniorum, quam institutionem caeremoniarum, attribuere his voluerit, quibus prodesse post mortem etiam cupiebat. Rari illo aevo iudicii documentum, et ex quo cognoscas, quid de academiaram dignatione sentiendum sit, religionis etiam habita ratione, quae illitteratorum sacerdotum opera peruerse coli iam tunc existimata sit. Et in Germania, quae serius tam salutaria diuinae et humanae sapientiae praesidia accepit, dici vix potest, quantis initio studiis animisque maximi principes in eam curam incubuerint, vt in suis terris hospitia musarum magnificentissime, quantum cuiusque opes ferrent, instruerent? Refert ex actis academiae Heidelbergensis ALTINGIVS, Ottonem Henricum, quum, consiliis Christophori Probi et Christophori Ehemii vsus, Phil. Melanchthoni, ea causa ad se euocato, et lac. Micyllo ordinandae eius post varias temporum calamitates curam commisisset, et salaria professorum regali plane munificentia auxisset, pollicitum insuper, *se in subsidium*, verba haec
Altin-

Altingius ponit, et ornamenta academiae Heidelbergensis, iam renascentis, sua omnia si opus esset, vel ad extremum usque denarium erogaturum. Et quid in Anglia, de qua diximus, spectasse illos credemus, qui non tot impendiis modo nouas patriae Athenas excoluerunt, sed illud etiam constituerunt, vt praefecturae urbium Oxoniensis et Cantabrigiensis in rebus grauioribus, quae ad ciuitatis statum pertinent, sub potestate summi magistratus academici sint, et Cantabrigiae quidem praefectus quotannis fidem vicecancellario, quem vocant, iuret, se omnia iura academiae, quod sine fraude sit, conseruaturum, neque ex illis quidquam delibaturum? Et apud nos, anno huius saeculi VIII., quum AVGVSTO II. regi maximo atque optimo principi, cuius gloriosissimam memoriam pie patria veneratur, Furstenbergius, inter alia de erigenda rursus atque recreanda Saxonia post horridam belli tempestatem consilia, academiarum quoque nostrarum rationes commendauit, quum ob insignem, quam inde res p. in vniuersum capiat, vtilitatem, et vel vicinae Halae exemplum, tum vero pecuniarium subsidium commerciis sustentandis. Qui legere istas litteras, a principe artium ciuiliu peritissimo scriptas, et a MOSERO iuniore, quarto voluminum, quibus oblectationum titulum praescribit, publicatas, volet, non habebit, quod ad subtilitatem iudicii et salubritatem instituti requirat. Et

AKT 225 X 355 94 25

Et haec quidem meditandi nobis occasionem dedit Mareſchallianae memoria liberalitatis, cuius legi vt ſatisfaciat, MATTHIAS AVGVSTVS HASSIVS Vitebergensis, S.S. Theol. Cultor ornatissimus, maiori in auditorio a. d. VI. Cal. Maii de raro genere legatorum piorum verba faciet. Nostrum, CIVES, quum sit, votis omnibusque favere, si quid ornamentorum huius academiae divina conſervatum benignitate videmus, huic oratori, huic instituto, et communibus, quae colimus, studiis honorem, quantum licebit, volentes lubentesque, agite, habeamus. Ita Deus tandem aliquando ſacratae huic honestarum artium ſedi poſt defaevientes procellas ſerenum ingens, conuertente benigniorum ſiderum orbe, reducat.


P. P. a. d. VI. Cal. Maii A. R. S.

clō 15 CCLX.



716





B.I.G.

Farbkarte #13

B. II 9
825

RECTOR
MIAE VITEMBERGENSIS
EORGIVS
GVSTVS
NGGVTH

HIAE ET MEDICINAE DOCTOR
L. ET CHIRVRG. PROF. PVBL.
DIN. FACVLT. MED. SENIOR

INSTITVTVM
IAE AVGVSTI HASII
SS. TH. CVLTORIS

LIBERALITATIS MARESCHALLIANAE
RATIONE ANNIVERSARIA
MAIORI IN AVDITORIO

VL. CAL. MAL. A. R. S. CID IO CCEX

CELEBRATVRI
CIVIBVS
POSTERITATI COMMENDAT.

mittuntur quaedam de academiaram dignatione.

VITEBERGAE
EPHRAIM GOTTLOB EICHSFELDI
ACADEMIAE A TYPIS.

